fateamur esse necesse est. Alius iam in tantum profecit ut contra fortunam audeat attollere oculos sed non
pertinaciter. Cedunt enim nimio splendore prestricti. Alius in tantum ut possit cum illa conferre vultum
nisi iam pervenit ad summum et fiducie plenus est. Imperfecta necesse est labentur et modo prodeant
et modo sublabantur aut succidant. Sublabentur autem nisi ire et niti perseveraverint. Si quicquam ex studio
et fideli intentione laxaverint retroeundum est. Nemo profectum invenit ibi ubi reliquerat. Instandum est

ubi conflictamur. Instemus itaque et perseveremus plusquam profligavimus restat sed magna pars est
profectus velle proficere. Huius rei conscius mihi sum volo et mente tota volo. Te quoque instinctum esse et ma-
gno ad pulcherrima properare impetu video. Properemus ita demum vita beneficium erit alioquin mora est
et quidem turpis inter feda versantibus. Id agamus ut nostrum omne tempus sit. Non erit autem nisi prius nos nostri
esse ceperimus. Quando continget contempnere utramque fortunam? Quando continget omnibus oppressis affectibus et sub-
arbitrio suo adductis hanc vocem emittere vici? Quem vicerim queris? Non Parthos nec extrema Medorum
nec si quid ultra Dahas bellicosum iacet sed avariciam sed ambicionem sed metum mortis qui victores gentium
vicit. Vale. De excussis occupationibus continuato studio philosophandum sit et quod solius
Quod queris a me liquebat sapientis sit perpetuum gaudium. Epla lxxii.
mihi cum rem dicerem per se sed diu non retemptavi memoriam meam itaque non faciliter me sequitur.
Quod evenit libris situ coherentibus hoc evenisse in sensu. Explicandus est animus et quecumque apud
illum deposita sunt subinde excuti debent ut parata sint quociens usus exegerit. Ergo hoc in presen-
cia differamus multum enim opere multum diligencie poscit. Cum primum longiorem eodem loco speravero mo-
ram tunc istud in manus sumam. Quedam enim sunt que possis et in cisio scribere. Quedam lectum et
ocium et secretum desiderant. Nichilominus his quoque occupatis diebus agatur aliquid et quidem totis.
Numquam enim non succedent occupationes nove. Nos serimus illas itaque ex una exeunt plures.
Deinde ipsi nobis dilacionem damus. Cum hoc peregero toto animo incumbam et si hanc rem composuero molestam
studio me dabo. Non cum vocaveris philosophandum est. Omnia alia negligenda ut huic assideamus
cui nullum tempus satis est magnum etiam si a puericia usque ad longissimos humani evi terminos
vita producitur. Non multum refert utrum omittas philosophiam an intermittas. Non enim ubi interrup-
ta est manet sed eorum more que intenta dissiliunt usque ad inicia sua recurrit quod a continuacione
sua discessit. Resistendum est occupacionibus. Nec explicande sed submovende sunt. Tempus quidem nullum parum
est ydoneum studio salutari. At quam multi inter illa non student propter que studendum est. Incidet
aliquid quod impediat. Non quidem eum cuius animus in omni negocio letus atque alacer est. Imperfectis adhuc
interscinditur leticia sapientis vero contexitur. Gaudium nulla causa rumpitur. Nulla fortuna semper et ubi-
que tranquillum est. Non enim ex alieno pendet nec favorem fortune aut hominis expectat. Domestica
illi felicitas est. Exiret ex animo si intraret ibi nascitur. Aliquando extrinsecus quo admoneatur mortali-
tatis intervenit sed id leve et quod summam cutem stringat. Aliquo inquam incommodo afflatur maximum
hoc meum illius bonum est fixum. Ita dico extrinsecus aliqua sunt incommoda velud in corpore interdum robusto solido-
que eruptiones quedam pustularum et ulcuscula nullum in alto malum est. Hoc inquam interest inter consummate
sapiencie virum et alium procedentis quod inter sanum et ex morbo gravi et diutino emergentem cui sani-
tatis loco est levior accessio. Hic nisi attendit subinde gravatur et in eadem revolvitur. Sapiens reci-
dere non potest ne incidere quidem amplius. Corpori enim ad tempus bona valitudo est quam medicus etiam si reddidit non
prestat. Sepe ad eundem qui advocaverat excitatur. Semel in totum sanatur. Dicam quomodo intelligas
sanum si se ipso contentus est si confidit sibi si scit omnia vota mortalium omnia beneficia que dantur petunturque
quod nullum in beata vita habere momentum. Nam cui aliquid accedere potest id imperfectum. Cui aliquid abscedere potest
id imperfectum. Cuius perpetua futura leticia est is suo gaudeat. Omnia autem quibus vulgus inhiat ultro
citroque fluunt. Nichil dat fortuna mancipio. Sed hec quoque fortuita tunc delectant cum illa ratio temperavit
ac miscuit. Hec est que etiam externa commendet quorum avidis usus ingratus est. Solebat Attalus
hac ymagine uti. Vidisti aliquando canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore cap-
tantem? Quidquid excepit protinus integrum devorat. Et semper ad spem venturi hiat. Idem evenit nobis
quidquid expectantibus fortuna proiecit id sine ulla voluptate dimittimus statim ad rapinam alterius

excepti ꝛ attoniti hoc sapienti nō euenit plenꝰ ē eciā si qd obuenit secure excipit ac
repositꝰ leticia fruitur maxiā ꝯtinua sua. Habet aliqs bonā uoluntatē habet ꝓfectum sꝫ cui nichil
desit a sūmo hic deprimitur aliꝰ ꝛ extollitur hoc mō in celū alleuatur hoc mō diffūdit ad terrā Impri
tis ac rudibus nullꝰ precipitaciōis finis ē. In chaos illud cadunt quod Epicurus dicit Inane sine termino ē. Ad
huc genꝰ tercium eorum ē qui sapiētie alludunt quā nō quidē attigerunt in conspectu tamen ꝛ ut ita dicam
sub ictu habent hij nō concutiuntur nec defluunt quidē nondum in sicco iā in portu sunt. Ergo cū tā ma
gna sint inter summos imos discrimina cum medios quoque sequatur fluctus suus sequatur ingens
periculum ad deteriora redeundi nō debemus occupacionibus indulgere Excludende sunt si semel intrauerint
in locum suum alias substituent. Principijs illarum obstemus melius nō incipient quā desinent
Vale. *Liber undecimus Contra illos qui dicunt esse graues principibus qui philosophie studentes et de ex
cusacione ingratitudinis et de inuidia qui existimant excellentissimam boni viri potenciam Epistola 73*
Errare mihi uidentur qui existimant
philosophie fideliter deditos contumaces esse ꝛ refractarios ac contemptores magistratuum ac
regum eorum uel per quos publica administrantur. Econtrario enim nulli aduersus illos gratiores
sunt nec inmerito nullis enim plus prestant quā quibus frui tranquillo ocio licet. Itaque hij quibus ad propositum
bene uiuendi aditum confert securitas publica necesse est auctorem huius boni ut parentem colant
multo quidē magis quam illi inquieti et in medio positi qui multa principibus debent sed multa ꝛ in
putant quibus numquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest ut cupiditates illorum que crescunt
dum implentur exaturet Quisquis autem de accipiendo cogitat oblitus est accepti nec ullum malum
cupiditas habet maius quam quod ingrata est. Adice nunc quod nemo eorum qui in re publica uersatur quos uincat sed
a quibus uincatur aspicit. et illis nō tam iocundum est multos post se uidere quam graue aliquem ante se uidere
hoc uicium omnis ambicio nō respicit. nec ambicio tantum instabilis est uerum cupiditas omnis quia incipit semper
a fine. At ille uir sincerus ac purus qui reliquit et curiam forum et omnem administracionem rei publice ut ad
ampliora secederet diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet. Solumque illis gratuitum testimonium
reddit ꝛ magnam rem nescientibus debet. Quemadmodum preceptores suos ueneratur ac suspicit quorum
beneficio illis inuijs exiit sic et hos sub quorum tutela positus exercet artes bonas. Verum quid alios regum
viribus suis protegit. Quis negat. Sed quemadmodum neptuno plus debere se iudicat ex hijs qui eadem
tranquillitate usi sunt. Qui plura ꝛ preciosiora illo mari uexit Uotum alacrius a mercatore quam a uectore
soluitur ꝛ ex ipsis mercatoribus effusius gratus est qui odores et purpuras ꝛ auro
pensanda portabat quam qui uilissima quaque ꝛ saburre loco futura congesserat sic huius pacis beneficium
ad omnes pertinens alcius ad eos peruenit qui illa bene utuntur. Multi enim sunt ex hijs togatis quibus pax
operosior bello est. An idem existimas pro pace debere eos qui illam ebrietati aut libidini impendunt aut
alijs uicijs que bello rumpenda sunt. Nisi forte tam iniquum putas esse sapientem ut nichil uiritim se debere
pro communibus bonis iudicet. Soli lunęque plurimum debeo et nō uni mihi oriuntur. Anno temperanti quam annuo
deo priuatim obligatus sum quamuis nō in meum honorem descripta sint. Et stulta auaricia mortalium
possessionem proprietatem que discernit nec quicquam suum credit esse quod publicum est. At ille sapiens nichil
iudicat suum magis quam cuius illi cum humano genere consorcium est. Nec enim essent ista communia
nisi pars illorum pertineret ad singulos. Socium efficit eciam quod exigua porcione commune est. Adice nunc quod
magna et uera bona nō sic diuiduntur. ut exiguum in singulos cadat ad unum quemque tota perueniunt. Ex
congiario tantum ferunt homines quantum in capita promissum est. Epulum et uisceracio ꝛ quicquid aliud in manu
capit discedit in partes. At hec indiuidua bona sunt pax et libertas ea tam omnium tota quam singulorum sunt. Co
gitat itaque per quem sibi horum usus fructusque contingat per quem nō ad arma illum nec ad seruandas ui
gilias nec ad tuenda menia et multiplex belli tributum publica necessitas uocat agit quam

gubernatori grates suo. Hoc docet philosophia precipue bene debere beneficia bene soluere. Interdum
autem solutio est ipsa confessio. Confitebitur ergo se multum debere ei cuius administratione ac prouidentia
contigit illi pingue otium et arbitrium sui temporis et imperturbata publicis occupationibus quies. O meli
bee deus nobis hec otia fecit. namque erit ille mihi semper deus. Si illa quoque otia multum auctori suo debent
quorum hoc munus maximum est. Ille meas errare boues ut cernis et ipsum ludere que uellem calamo
permisit agresti. quanti extimamus hoc otium quod inter deos agitur quod deos facit. Ita dico Lucil
li et te in celum compendiarium uoco. Solebat Sextius dicere Iouem non plus posse quam bonum virum. plura
Iupiter habet que prestat hominibus. Sed inter duos bonos non est melior qui locupletior. non magis quam inter
duos quibus par scientia regendi gubernaculum est meliorem dixeris cui maius speciosiusque nauigium
est. Iupiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonum est. sapiens nichilo se minoris extimat quod uirtutes
eius spatio breuiore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit non est beatior
eo cuius intra pauciores annos terminata uirtus est. Sic deus non uincit sapientem felicitate
etiam si uincat tempore. Non est uirtus maior que longior. Iupiter omnia habet sed nempe aliis tradit habenda.
ad ipsum hic unus usus pertinet quod utendi omnibus causa est. Sapiens tam equo animo omnia apud alios uidet con
temnitque quam Iupiter et hoc se magis suspicit quod Iupiter uti illis non potest sapiens non uult. Cre
damus itaque Sextio monstranti pulcherrimum iter et clamanti hac itur ad astra hac secundum fru
galitatem hac secundum temperantiam hac secundum fortitudinem. Non sunt dii fastidiosi non inuidi.
admittunt et manum ascendentibus porrigunt. Miraris hominem ad deos ire. deus ad homines uenit
ymmo quod est propius in homines uenit. Nulla mens sine deo bona est. Semina in corporibus humanis di
uina dispersa sunt que si bonus cultor excipit similia origini prodeunt et paria his ex quibus orta
sunt surgunt. Si malus non aliter quam humus sterilis ac palustris necat ac deinde creat purga
menta pro frugibus. Vale. De maximo metu ex quibus causis oriatur et quibus pur
getur remediis et quod ea que uulgus habet pro maximis bonis non sunt contra quod opponit

Epistola tua delectauit me et marcentem excitauit memoriam et soluit Epla lx
quoque meam que iam mihi segnis ac lenta est euocauit. Quid ni tu Lucilli maximum putes in
strumentum beate uite hanc persuasionem unum bonum esse quod honestum est. Qui omne bonum honestum
consipiat intra se felix est. Nam qui alia bona iudicat in fortune uenit potestatem alieni arbitrii
fit. Hic amissis liberis mestus est. hic sollicitus egris. hic turpibus et aliqua passis infamia tristis. illum
uidebis aliene uxoris amore cruciari illum sue. Non deerit quem repulsa distorqueat.
erunt quos ipse honor uexet. illa uero maxima est ex omnium mortalium populo turba miserorum quam ex
pectatio mortis exagitat undique impendens. Nichil enim est unde non subeat. Itaque ut in ho
stili regione uersantibus huc et illuc circumspiciendum est et ad omnem strepitum circumagenda ceruix. Nisi
hic timor e pectore eiectus est palpitantibus precordiis uiuitur. occurrent acti in exilium et euoluti
bonis. occurrent quod genus egestatis grauissimum est in diuitiis inopes. occurrent nau
fragi similiaue naufragis passi quos aut popularis ira aut inuidia perniciosum optimis telum
inopinantes securosque disiecit procelle more que in ipsa sereni fiducia solet emergere. aut fulminis
subiti ad cuius ictum etiam uicina tremuerunt. Nam ut illic quisquis ab igne propior stetit percus
so similis obstupuit sic in his que per aliquam uim accedentibus unum calamitas opprimitur ceteros me
tus pariterque passis tristitiam facit pati posse. Omnium animos mala aliena ac repentina solli
citant. Quemadmodum aues etiam inanis funde sonus territat nos ita non ad ictum tantum exagitamur
sed ad strepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse qui huic se opinioni credidit. Non enim beatum est nisi quod intre
pidum inter suspecta male uiuitur. Quisquis se multum fortuitis dedit ingentem sibi materiam

perturbationis et inexplebilem facit. Bona vero via est ad tuta vadentium: externa despicere et honesto
contentum esse. Nam qui aliquid melius virtute putat aut ullum praeter illam bonum, ad hec que a fortuna sparguntur sinum
expandit et sollicitus missilia eius expectat. Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere for-
tunam et in hunc mortalium cetum honores divitias gratiam excutere. Quorum alia inter diripientium manus
scissa sunt, alia infida societate divisa, alia magno detrimento eorum in quos devenerant
prensa. Ex quibus quedam aliud agentibus inciderunt, quedam quia nimis captabantur amissa, et dum avide
rapiuntur expulsa sunt. Nulli vero etiam cui rapina feliciter cessit gaudium rapti duravit in posterum.
Itaque prudentissimus quisque cum primum induci videt munuscula a theatro fugit et scit magno parva
constare. Nemo manum conserit cum recedente, nemo exeuntem ferit. Circa premium rixa est. Idem in his
evenit que fortuna desuper iactat. Estuamus miseri, distringimur, multas habere cupimus manus, modo illam
respicimus; nimis tarde nobis mitti videntur que cupiditates nostras irritant, ad paucos perventura,
expectata omnibus. Ibi ire obviam cadentibus cupimus. Gaudemus si quid invasimus, invadendique aliquos spes
vana delusit. Vilemque predam magno aliquo incommodo luit aut decepimus aut fallimur. Secedamus
itaque ab istis ludis et demus raptoribus locum. Illi spectent bona ista pendentia et ipsi magis pende-
ant. Quicumque beatus se esse constituet unum esse bonum putat quod honestum est. Nam si ullum aliud
existimat, primum male de providentia iudicat, quia multa incommoda iustis viris accidunt. Et
quia quicquid nobis dedit breve est et exiguum si compares mundi totius evo. Ex hac deploratione na-
scitur ut ingrati divinorum interpretes simus. Querimur quod non semper et quod pauca nobis et incerta
et abitura contingant. Inde est quod nec vivere nec mori volumus; vite nos odium tenet, timor
mortis. Natat omne consilium, nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autem est quod non pervenimus
ad illud bonum inmensum et insuperabile ubi necesse est consistat voluntas nostra, quia ultra summum non
est locus. Queris quare virtus nullo egeat? Presentibus gaudet, non concupiscit absentia. Nil non illi
magnum est quia satis est. Ab hoc discede iudicio: non pietas constabit, non fides. Multa utrumque pre-
stare cupienti patienda sunt ex his que mala vocantur, multa impendenda ex his quibus indulgemus
tamquam bonis. Perit fortitudo que periculum debet facere sui. Perit magnitudo animi que non potest eminere nisi
omnia velut minuta contempsit que pro summis vulgus optat. Perit gratia et relatio gratie, si extima-
mus laborem, si quicquam pretiosius fide novimus, si non optima spectamus. Sed ut illa preteream, aut ista bo-
na non sunt que vocantur, aut homo felicior deo est, quoniam quidem que nobis parata sunt non in usu deo sunt. Nec enim libido
ad illum nec epularum lautitie nec opes nec quicquam ex his hominem inescantibus et vili volup-
tate ducentibus pertinet. Ergo aut non incredibile est bona deo deesse, aut hoc ipsum argumen-
tum est bona non esse quod deo desunt. Adice quod multa que videri bona volunt animalibus quam hominibus plenius
contingunt. Illa cibo avidius utuntur, venere non eque fatigantur, virium illis plus est et equabilior
firmitas. Sequitur ergo ut multo feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt, fruuntur
voluptatibus quas et magis capiunt et ex facili sine ullo pudoris aut penitentie metu.
Considera itaque an id bonum vocandum sit quo deus ab homine vincatur. Summum bonum in animo contineamus:
obsolescit si ab optima nostri parte ad pessimam transit et transfertur ad sensus qui agiliores sunt animali-
bus mutis. Non est summa felicitatis nostre in carne ponenda. Bona illa sunt vera que ratio
dat, solida ac sempiterna, que cadere non possunt, nec decrescere quidem ac minui. Cetera opinione
bona sunt et nomen quidem habent commune cum veris, proprietas quidem in illis bonorum non est. Itaque commoda
vocentur et, ut nostra lingua loquar, producta. Ceterum sciamus mancipia esse nostra, non
partes; et sint apud nos, sed ita ut meminerimus extra nos esse. Et si apud nos sint, inter subiecta
et humilia nominentur, propter que nemo se attollere debeat. Quid enim stultius quam aliquem eo s-

placere quod ipse non fecit. omnia ista nobis accedant non hereant, et si abducantur sine ulla
nostra locutione discedant. Utamur illis non gloriemur et utamur parte tamquam depositis apud
nos et abituris. Quisquis illas sine ratione possedit non diu tenuit ipsa enim se felicitas nisi temperet
premit. Si fugacissimis bonis credidit cito deseritur et ut deseratur affligitur paucis deponere
felicitatem suam moliter licuit. Ceteri cum his inter que eminent labuntur et illos degravant ipsa
que abstulerant exultant. Ideo adhibebitur prudentia que modum illis ac parsimoniam
imponat quoniam quidem licentia opes suas precipitat atque urget nec umquam inmodica duraverunt
nisi illa moderatrix ratio compescant. Hoc multarum tibi urbium ostendit eventus quarum in ipso flore luxu-
riosa imperia ceciderunt et quidquid virtute partum erat intemperantia corruit. Adversus hos
casus muniendi sumus. Nullus autem contra fortunam inexpugnabilis murus est intus instruamur.
Si illa pars tuta est pulsari homo potest capi non potest. Quod sit hoc instrumentum scire desideras nihil indi-
gnetur sibi accidere sciat quod illa ipsa quibus ledi videtur ad conservationem universi pertinere et ex his esse que cur-
sum mundi officium que consumant placeat homini quidquid deo placuit. Ob hoc ipsum se suaque miretur quod non
potest vinci quod mala ipsa sub se tenet quod ratione qua valentius nihil est casum dolorem et iniuriam subigit. Ama
rationem huius te amor contra durissima armabit. Feras catulorum amor in venabula impingit
feritasque et inconsultus impetus prestat indomitas. Iuvenilia non numquam ingenia cupi-
do glorie in contemptum tam ferri quam ignium misit. Species quosdam atque umbra virtutis in mortem volunta-
riam trudit. Quanto his omnibus fortior ratio est quanto constantior tanto vehementius per metus ipsos et
pericula exibit. Nichil agitis inquid quod negatis nullum aliud esse bonum quam honestum non fa-
ciet vos hec munitio tutos a fortuna et immunes. Dicitis enim inter bona esse liberos pios et
bene moratam patriam et parentes bonos. Horum pericula non potestis expectare securi.
Perturbabit vos obsidio patrie liberorum mors parentum servitus. Quid adversus hoc pro nobis responderi
soleat ponam deinde tunc adiciam quid preterea respondendum puto. Alia condicio est in his
que ablata in locum suum aliquid incommodi substituunt tamquam bona valitudo viciata in malam
transfertur. Acies oculorum extincta cecitate nos afficit non tantum velocitas perit poplitibus
incisis sed debilitas pro illa subit. Hoc non est periculum in his que paulo ante retulimus. Quare
si amicum bonum amisi non est mihi pro illo perfidia patiendi nec si bonos liberos extuli in illorum
locum impietas succedit. Deinde non amicorum illic aut liberorum interitus sed corporum est. Bonum autem
uno modo perit si in malum transit quod natura non patitur. Quia omnis virtus et opera omnis virtutis in-
corruptum manent. Deinde etiam si amici perierunt et si probati respondentesque voto patris liberi. Est quod
quod illorum expleat locum. Quid sit queris quod illos quoque bonos fecerat virtus. Hec nihil vacare patitur
loci totum tenet desiderium omnium tollit. Sola satis est. Omnium enim bonorum vis et origo in ipsa est. Quid
refert an aqua decurrens intercipiatur atque abeat si fons ex quo fluxerat salvus est. Non dices
vitam iustiorem tam salvis liberis quam amissis nec moderatiorem nec prudentiorem nec honestiorem ergo nec
meliorem quidem non facit collectio amicorum sapientiorem non stultiorem detractio ergo nec beatiorem nec mi-
seriorem quamdiu virtus salva fuerit non senties quod abscesserit. Quid ergo non est beatior amicorum et liberorum
turba succinctus quidni non sit summum enim bonum nec infringitur nec augetur in suo bono permanet ut-
cumque se fortuna gessit. Sive illi longa senectus contingat sive citra senectutem finitur eadem mensura
boni est quamvis etatis diversa sit. Utrum maiorem an minorem circulum scribas ad spatium eius pertinet
non ad formam. Licet alter diu manserit alterum statim obduxeris et in eum in quo scriptus est pulverem solveris
in eadem forma uterque fuit. Quod rectum est nec magnitudine extimatur nec numero nec tempore non magis produci
quam contrahi potest. Honestam vitam ex centum annorum numero in quantum voles corripe et in unum diem coge eque

honesta ē mō latꝰ ūta fūdat᷑ regū urbes puīcias tēpat ſꝫ leges colit aīcicie
mt̄ ꝓpīquos lib'or qꝫ diſpenſat officia mō acto fine ꝯcludit᷑ paupītatis exilij orbi
tatis nō tn̄ mīor ē ſi exaltōx faſtidio īpuatū ex regio ī hūile ſubduat᷑ Expublico
z ſpacōſo ūiē ī āguſtias domꝰ ul āguli coit eqꝫ magᷓ ē z ſi mſe receſſit vndiqꝫ ex
cluſa vilomꝰ tn̄ magᷓ ſpō ē z exercit exacte prudētie īdeclinabiliter iuſtitie Ergo
eqꝫ btā ē btū ·n· illud uno loco poſitū ē ī ipā mēte grande ſtabile traqllū ꝙ ſn̄
ſciā diuinōx hūanoꝝqꝫ nō pt̄ effici Sequar illō qᷣ zuſurū eē dicebā Non affli
git᷑ ſapiēs libōx amiſſione nō amicoꝝ · eodē ·n· aīo ſꝫ illoꝝ mortē qᷓ ſuā expectat Nō
magis hāt timet qᷓ illā dolet virtꝰ ·n· cueniētia ꝯſtat Oīā opa eiꝰ cū ipā ꝯcor
dant z ꝯgruūt hec ꝯcordiā pit ſi aīus quē excelſū eē oꝫ luctū ꝗ deſidio ſum
mittit᷑ // Inhoneſta ē oīs trepidacō z ſollicitudo ī nllo actu pigriā ·n· hōeſtū ſecu
rū z expeditū ē intutū ē īpcīctu ſtat Qd ḡ nā qᷓ ꝑturbacōm ſile paciet᷑ Nō
et color eiꝰ mutabit᷑ z vultꝰ agitabit᷑ z artus refrigeſcēt et qᷓdqᷓd aliud nō ex impro
aīi ſꝫ inſultu quodā nē īpetu ꝯgerit ¶ Fateor ſi manebit illi ꝑſuaſio eadē Nil
illoꝝ malū eē nᶜ dignū adqᷓ mēs ſana deficiat Oīā ꝗ facieda erūt audiat facit
z ꝓmpte hoc ·n· ſtultitie ꝓpriū qꝫ nō dixit ignaue z ꝯtuāat facē ꝗ facit et
alio corpꝰ impellē alio aīūꝫ diſtrahi qꝫ int̄ diuiſiſſiōes mouet nā ꝓpt̄ illa ipā qꝫ
extollit ſe mutat qꝫ ꝯtēta ē Et ne illa qᷓdē qꝫ glāt᷑ libēt᷑ facit ſi uō aliqᷓd time᷑
malū eo dū expectat᷑ ꝓinde qᷓ uenirent urget᷑ z qᷓdqᷓd ne paciat᷑ timet iā metu pa
ciatur Queadmōꝫ ī corpib; ſigna languoris ꝓcurrūt / qᷓdā ·n· ſegniā neruꝰ ē et
ſn̄ labore ullo laſſitudo z oſcitacō et horror mēbra pcurrēs ſic infirmꝰ aīꝰ multo
añqᷓ mal' oppmat᷑ mull' quatit᷑ // Stultꝰ ē ꝗ tīet futā pſumit illa z añ tpūs
cadit Qd aūt demētꝰ qᷓ angi futūs nec ſe tormitis reſuaē ſꝫ arceſſē ꝯ inſiat
z admonē qꝫ optimū ē diffeē ſi diſcutē nō poſſit Vis ſcīe futō neīēꝫ dēre torqᷓri
qᷓcūqꝫ audierit poſꝫ qūqᷓgeſimū āñū ꝯ paciēda ſupplicia nō ꝓturbat᷑ ſi mediū ſpa
ciū traſiluit z ſe nllo ſeculo poſꝫ futāꝫ ſollicitudinē immiſit Eodē mō fit ut
aīos egros libēt z captātes cās doloris uetāta atꝫ oblitāta ꝯtēt Et ꝗ ptīerūt
et ꝗ futā ſꝫ abſꝫ neutrū ſenciāꝰ · nō ē aūt ni ex eo ꝙ ſenciās dolor Moleſ · Qd
uba phīe nec accurata dēnt eē ſꝫ arida et dētꝫ grūbꝫ ī phīa ꝓficientiꝫ
Minus t' accuratas ame eplās mitti queris Quis ·n· accurate Epl'a 74
loqtur ni ꝗ uult putide loqᷓ : Qualis meꝰ ſmo eſſet ſi una ſedēmꝰ l' ābulaē
illaboratꝰ z facil' · tales eē eplās meas uolo ꝗ nil hnt̄ acceſitū nec fictū Si fieri
poſſꝫ qᷓd ſenciā oſtēdē qᷓ loqᷓ mallē / etiā ſi diſputarē nec ſupplodēm pedē nᶜ manū
iactarē nᶜ attollēm uocē ſꝫ iſta oratoribꝫ reliqᷓſſēꝫ ꝯtēta ſenſa meos adte ꝓtuliſſe qᷓ
nec exornaſſē nᶜ abieciſſem Hoc vnū plane t' ꝓbarē uellē oīā me illa ſētie
ꝗ dicēm nec tm̄ ſētiē ſꝫ amarē Alit' hoiēs amicā alit' libōs obſculāt᷑ tn̄ ī hoc
qꝫ complexu tā ſcō z modicꝰ ſatis appaēt affectus Nō me hercule ieiunia eē
z arida uolo ꝗ de rebꝫ tā magis dicēt᷑ Neqꝫ ·n· phīa ingeniū renūciat Multū
tn̄ ope impendi vbis nō oꝫ Hec ſit ꝓpoſita nr̄i ſūma qᷓd ſentiꝰ loqᷓm qᷓd loqᷓmur
ſenciamꝰ ꝯcordet ſmo cū uita Ille pmiſſū ſuū īpleuit ꝗ et cū uideas illū
z cū audias idē ē Videbiꝰ qᷓlis ſit qᷓtus ſit vnꝰ ſit · nō delectēt uba nr̄a ſꝫ ꝓſint
Si tn̄ ꝯtigē eloqūtia nō ſollicito pt̄ ſi ꝗ parata ē ꝗ puo ꝯſtat adſit z res pſtiāt

presentat. Sit talis ut res potius quam se ostendat. Alie artes ad ingenium tote pertinent
hic animi negotium agitur. Non querit eger medicum eloquentem. sed si ita competit ut idem
qui sanare potest compte de hiis que facienda sunt disserat boni consulat. non tamen erit quare gra-
tuletur quod inciderit in medicum etiam disertum. Hoc enim tale est quale si peritus guberna-
tor etiam formosus est. Quid aures meas scabis. quid oblectas. Aliud agitur. urendus
secandus abstinendus sum. Ad hec adhibitus es. curare debes morbum veterem grauem
et publicum. Tantum negotii habes quantum in pestilentia medicus. Circa verba occupatus
es. iam dudum gaude si sufficis rebus. Quando multa disces. quando que didiceris affiges tibi
ita ut didiceris affiges tibi ita ut excidere non possint. quando illa experieris. Non enim ut
cetera memorie tradidisse satis est in opere temptanda sunt. Non enim beatus qui scit illa sed qui facit
Quid ergo infra illum operis gradum nulli gradus sunt. ad statim ad sapientiam preceps est. non ut existimo
nam qui proficit in numero quidem est stultorum magno tamen intervallo ab illis deducitur. Inter ipsos
quoque proficientes sunt magna discrimina in tres classes. Sapientes ut quibusdam placet dividuntur
primi sunt qui sapientiam nondum habent sed iam in vicinia eius constiterunt. tamen etiam quod prope est extra est. Qui
sint hii queris. qui omnes iam affectus ac vicia posuerunt. que erant complectenda didicerunt. sed illis ad-
huc inexperta fiducia est. bonum suum nondum in usu habent. iam tamen in illa que fugerunt decidere
non possunt. iam ibi sunt unde non est retrolapsus. sed hoc illis de se nondum liquet. sicut in quadam epistola
me scripsisse memini scire se nesciunt. iam contigit illis bono suo frui nondum confidere. Quidam
hoc proficientium genus de quo locutus sum ita complectuntur ut illos dicant iam effugisse mor-
bos animi affectus nondum et adhuc in lubrico stare. quia nemo est extra periculum malicie nisi qui totam eam ex-
cussit. nisi qui pro illa sapientiam assumpsit. Quid inter morbos animi intersit et affectus sepe iam dixi
nunc quoque te admonebo. Morbi sunt inveterata vicia et dura ut avaricia ut ambitio nimia
hec animum semel ceperunt animum implicuerunt et perpetua eius mala esse ceperunt. ut breviter finiam
morbus est iudicium animi in pravo pertinax tamquam valde expetenda sint que leviter expetenda sunt
vel si mavis ita finiamus nimis imminere leviter petendis vel in magno precio habere in aliquo non
habenda. vel in nullo affectus sunt motus animi improbabiles subiti et concitati qui frequentes neglecti fecere
morbum sicut distillatio una nec adhuc in morem adducta tussim facit assidua et vetus
ptisim. Itaque qui plurimum profecere extra morbos sunt affectus adhuc sentiunt perfectu proximi
sunt. Secundum genus est eorum qui maxima animi mala et affectus deposuerunt sed ita ut non sit illis secu-
ritatis sue certa possessio. possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra mala multa et magna est
sed non extra omnia. Effugit avariciam sed iram adhuc sentit. iam non sollicitatur libidine et nunc ambitione
sentit. iam non concupiscit sed adhuc timet. et in ipso metu ad quedam satis firmus est quibusdam
cedit mortem contempnit dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus. Bene nobiscum
agetur si in hunc admittimur numerum magna felicitate nature magnaque et assidua intentione studii secundus
occupatur gradus. sed ne hic quidem contempnendus est color tertius. Cogita quantum circa te videas malorum aspi-
ce quam nullum sit nephas sine exemplo. quantum cotidie nequicia proficiat quantum publice privatimque peccatur
Intelliges satis nos consequi si inter pessimos non sumus. Ego vero inquis me posse spero et amplioris ordinis
fieri. Optaverim hoc nobis magis quam promiserim. preoccupati sumus ad virtutem contendimus inter vicia di-
stricti. pudet dicere honesta colimus quantum vacat. ad quam grande premium expectat si occupationes
nostras et mala tenacissima abrumpimus. non cupiditas nos non timor pellet. Inagitati terroribus
incorrupti voluptatibus nec mortem horrebimus nec deos. sciemus mortem malum non esse. tam imbecillum
quod nos quam cui nocet. Optima vi noxia carencia. expectat nos. Ex hac aliquando fouea

Marginal notes: medicum (beside line 2); ex hora e (beside line 14); Morbi animi (beside line 22); vel ex toto non petendis (beside line 25)

i illud euadim⁹ sublime et excelsū qd est Tranquillitas animi z expulsis errorib; absoluta lib'
tas Queris q̄ sit ista nō hoies timere nō deos nō turpia uelle nec nimia ī se ipm̄ s' h'ie maximā
potestatem īextimabile bonū ē suū fieri Uale   De eo q̄ ī senectute discendū ē et q̄ solum
Tnominatas in denuntias si ānis z uerū hoīs bonū rō tm̄ ul' ūtq; ē   Epl'a   lxvi
ex his q̄ cottidie facis ignorauis uide q̄ sit pluat' tecū uiuā hoc q̄ ī cotta tp̄m audio
z q̄dē q̄ntū iā die hōs ex quo ī scolā eo z ab octaua disputantē audio hō inq̄s ī etate q̄
m bō Qd aūt stultius ē q̄ q̄ diu nō didicis nō disce Quid g° idē faciā qd trossuli z iuue
nes bene meū agit' si hoc vnū senectutē meā dec; Oēs etatis hoies hec scola ad
mittit In hoc senescim⁹ ut iuuenes seq̄m' Intrabo senex theatrū z ī certū deferar z nullū
par sū me depugnabit ad phm ire erubescā Tādiu discendū ē q̄diu nescias si puerbio
credim⁹ q̄diu uiuas Ergo tn̄ illic aliqd docebo quis qd doceā etiā sem eē discend. pudet
aut̄ me generis humani quociens scolā īntraui pt' ipm̄ theatrū neapolitanorū ut scis tn̄s
eūdū ē Metronatis potētes domū hic ingēti studio qd sit pitalas bon⁹ iudicatur
hīt tibicē q̄ q̄ g̃ue ē z pco q̄uisū At in illo loco īquo uir bon⁹ q̄rit' īquo uir bonus
discit' paucissi sedēt z h' plerisq; uidēt' Nil boni negocij hīe qd agūt inepti z ther
tes uocāt' Michi contingat iste derisus Equo aīo audiēda sūt imperitorū conuicia et ad
honesta uadenti contēpnēdū ē ipē contēptus Perge in lucilli z p'a ne tibi accidat qd m ut
senex discas Immo ideo magis p'a q̄n id nūc aggressus es qd perdiscē uix senex possis Qū
tū ī q̄s p'fiaas q̄ntū teptauis Quid expectas Nulli sapē casu obtigit pecunia uenit ultro
honor afferetur gratia ac dignitas fortasse ingerent' t' ūtq; mite nō īcadet nec leui q̄dē opa
q' p'uo labore cognoscit' Sz ē tāti laborare oia bō semel occupato Vnū ē n. bonum
qd honestū In illis nil īuenies uel nil certi q̄cūq; fere placent Quare unū sit bonū
qd honestū dicā/ q̄m parū me exsecutū p'ori epl'a iudicas Magis q̄ hāc eē rē t' lau
datā q̄ p'batā putas z īcartū q̄ dicta sūt q̄trahā Oiā suo bono cōstāt vitē fertilitas com̄e
dat z sapor uinū uelocitas ceruū q̄ fortia dorso iumēta sit q̄rit quorū h' un⁹ usus est
sarcinā ferre In cane sagacitas p'ma ē si inuestigare debet feras Cursus si conseq̄ audacia
si mordere z inuadere Id ē in q; optimū eē debz cui nascit' quo censet' In homie qd ē rō optimū
ē rō hac anteredit aīalia deos sequitur rō g° p'fecta p'priū bonū ē hoīs Cetera illi cū aīalib;
satis q; coia sūt valet z leones formosus ē z pauones velox ē et equi nō dico ī hiis oibus
uincit' nō q̄ro qd ī se maxim' hēat s; qd suū Corpus hīt et arbores hīt ipetū ac motū uolū
tariū z bestie z uermes hēt uocē s; q̄nto clariorē canes acutiorē aq'le grauiorē thauri
dulciorē mobiliorē q; luscinie Qd ī hoie p'priū Rō hec recta z q̄sūmata felicitatē homis
impleuit Ergo si oīs res cū bonū suū p'fecit laudabil' ē z ad finē nāe sue p'uenit
hoi aūt suū bonū rō ē si hāc p'fecit laudabilis ē z finē nāe sue tetigit hec rō perfecta
ūtq; uocat' eadēq; honestū ē Id itaq; vnū bonū ē ī hoie qd vnū hoīs ē Nūc n. nō q̄rimus
hoīs   qd sit bonū Si nullū aliud ē hoīs bonū q̄ rō h' erit vnū eius bonū s; p'pēsandū cū oib; si sit
aliq's malus puto īp'babit' Si bon⁹ puto p'babit' Id g° ī hoie p'mū solū ē quo p'babit'
et īp'babit' Nō dubitas an hoc sit bonū dubitas an solū bonū sit Si q's oia alia hēat
ualitudinē diuitias ymagines miltas frequēs atriū s; malus confessus sit īp'babis illum
Itē si q's nil q̄dē eorū q̄ retuli hēat deficiat' turba clientū pecunia nobilitas auorū p'auorū
seriē q; sit s; confessus bon⁹ sit p'babis illū Ergo h' vnū ē bonū hoīs q̄ q̄ hīt ī s; alijs
destituit' laudād⁹ ē qd q̄ nō hīt ī omniū aliorū copia dāpnat' ac reicit' Que q̄dicō rerū eadē

hoīs ē Nauis bō dr̄ nō q̄ p̄ciosis coloib; picta ē / nec cui argēteū ꝉ aureū rostrū
ē / nec cui9 tutela ebore cela ē / nec fiscis atq; opib; regijs p̄ssa ē / s; stabilis ⁊ firma et
iūcturis aq̄ excludētib; spissa / ad ferēdū īcursū maris solida gubnacło parēs / uelox
⁊ nō sētiēs uētū Gladiū bonū dices / nō cui auratꝰ ē baltes nec cui9 uagina
gēmis distinguit̄ / s; cui ad secādū subtil' acies ē ⁊ mucro munimētū oē rupturus
Regula nō quā formosa s; q̄ recta sit q̄rit̄. eo q̄dq; laudat̄ cui cōpat̄ qđ illi p̄priū ē
Ergo i hoīe q̄; nil adrē ptinet q̄ntū arēt q̄ntū fenēt / et q̄ amulto salutet̄. p̄cioso in
cūbat lecto q̄ pluado poculo bibat s; q̄ bon9 sit. bon9 aūt ē si rō explicata ⁊ recta
ē ⁊ ad nē sue uolūtatē acomodata. hec uocat̄ uirtus. hoc ē honestū ⁊ vnicū
bonū ē hoīs Nā cū sola rō p̄ficiat hoīez sola rō p̄fcā btū faciat hoc aūt vnum
bonū ē quo vno btūs efficit hō Dicim9 ⁊ illa bō ꝑ q̄ a uirtute cōtrita p̄fcā ꝑ sit. i opa
ei9 oīa s; ib vnū ipā bonū ē q2 nullū sine illa ē Si oē ī aīo bonū ē q̄cq̄d illū cōfir-
mat extollit Amplificat bonū ē ualidiorē aūt aīuz ⁊ excelsiorē ⁊ āpliorē uirt9
ē facit Nā cetā q̄ cupiditates nrās irritāt deprimūt q̄; aīuz ⁊ labefaciūt ⁊ cū
uidēt̄ attolē inflāt ac mlta uanitate deludūt Ergo vnū id bonū ē q° melior
aīus efficiet̄ Oēs actiones toci9 uite honesti ac turpis respectu tēptāt̄ ⁊ ad hoc
faciēdi ⁊ nō faciēdi rō dirigit Qđ sit hoc dicā Vir bon9 qđ honeste se facturū pu-
tauit faciet / ē si piculosū erit Faciet / q̄ turpe erit nō faciet. ē si pecuniā afft̄ ē
si uoluptatē si potēciā ab honesto nulla re deterrebit̄ ad turpia nulla īmutabit̄ g° si
honestū ē utiq; secut9 ē turpe utiq; uitatur9 / ⁊ ī oī actu uite spectatur9 hi duo
Nl bonū n̄ honestū nec aliud malū q̄ turpe Si una in p̄uata uirt9 ē ⁊ sola per-
manet venois sui vnū ē bonū uirt9 cui iā accidē nec sit bonū nec ꝑ mutacōis picu-
lū effugit Stulticia ad sapiam erexit Sapiā ī stulticiā nō reuoluit̄ Dixi si forte
meministi cōcupita uulgo ī formidata ī insulto ī petu ut cōtēpnent plurosq; calcasse
Inuētꝰ ē q̄ flāmis imponēt manū cui9 risū nō intrūpet tortor q̄ ī funē liboz lacri-
mā nō mitteret q̄ morti īrepid' occurreret ad .n. ira cupiditas picula poposceret Qđ
p̄ breuis obstināc̄o cū aliquo stimulo cōcitata / q̄nto magis uirt9 q̄ nō ex impetu nec subi-
to s; eq̄aliter ualet cui ppetuū robur ē Seq̄t̄ ut q̄ ab insultis sepe cōtēpnūt̄ a sapiē-
tib; sēp ea nec bō sīt nec mala Vnū g° bonū ipā uirt9 ē q̄ int̄ fortunā hanc ⁊ illā superba
īcedit cū magno utriusq; cōtēptu Si hāc opinionē recipis aliqd bonū eē p̄t honestū nulla
nō uirt9 laborat Nulla .n. optinē potit si aliqd q̄ extra se respexit Quod si ē rōi re-
pugnat ex q̄ uirtutes sunt ⁊ uitati q̄ sine rōne nō ē Quecūq; aūt opiō ueritati repu-
gnat flā ē. Vir bonū cōcedas nēce ē sūme pietatis erga deos eē itaq; q̄cq̄d illi acci-
dit equo aīo sustinebit. sciet .n. id accidisse lege diuina q̄ uniūsa pcedt̄ quasi est /
vnū illi bonū erit qđ honestū. in hoc .n. positū ē parē diis / nec cōsternādo se ad subita
nec deplārare sortē suā ⁊ paciēt excipe fatū ⁊ facē imperatū Si ullū ē aliud bonū q̄ honestū
seq̄t̄ nos auiditas uite / auiditas rez uitā instruēciū qđ intollerabile infinitū ⁊ uagū
ē solū g° bonū ē honestū cui modꝰ ē / dixi9 futuz hoīm feliciorē uitā q̄ deoz si ea
bō sīt quoz nllius diis usus ē tāq; pecunia honores Adice nūc q° si mō solute corporib;
aīe manēt / feliciorē illis statu restat q̄ ē dū uersāt̄ in corpore Atq; si ista bō sīt / ea q̄ tā
hoī cōtingūt, q̄b; corpa uicium emissis erit peius / qđ q̄ fidē ē feliciores eē liberis ⁊ ī vni-
ūsū datis clausas ⁊ obsessas Illud q̄; dixerā si bō sīt ea q̄ tā hoīm cōtingūt q̄ mutis aīalib;

[illegible] si pecunia fiet
si laboriosū erit faciet
ē si dāpnosū erit faciet

et multa alia brevem vitam actura, quod fieri oportet. Omnia pro honesto patienda sunt, quod non
erat faciendum si esset ullum aliud bonum quam honestum. Hoc quamvis late executus essem, pressius
et brevius perstringam. Numquam autem tibi vera videbitur haec opinio nisi animum adleves et te
ipse interroges, si res exegerit ut pro patria moriaris et salutem omnium civium tua redimas, an
porrecturus sis cervicem non tantum patiens sed etiam libens. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est.
Omnia enim relinquis ut hoc habeas. Vide quanta vis honesti sit: pro re publica morieris, etiam si statim facturus
hoc eris, cum scieris esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam exiguo tempore ac
brevi capitur. Et quamvis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis
pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuvat. Et cum strenuus ac iustus vir mortis sue
pretia ante se posuit, libertatem patrie, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summa voluptate est
et periculo suo fruitur. Sed ille quoque cui etiam hoc gaudium eripitur, quod tractatio operis maximi et
optimi et ultimi prestat, nihil cunctatus desiliet in mortem, facere recte pieque contentus. Oppone etiam
nunc illi multa que dehortentur; dicat factum tuum matura sequetur oblivio et parum grata existimatio civium, respondebit tibi:
Ista omnia extra opus meum sunt. Ego ipsum contemplor; hoc esse honestum scio. Itaque quo-
cumque ducit ac vocat, venio. Hoc ergo unum bonum est, quod non tantum perfectus animus sed generosus quoque
et indolis bone sentit. Cetera levia sunt, mutabilia. Itaque sollicite possidentur; etiam si favente
fortuna in unum congesta sunt, dominis suis incubant gravia et illos semper premunt, aliquando et illidunt. Nemo
ex istis quos purpuratos vides felix est, non magis quam ex illis quibus sceptrum et clamidem
in scena fabule assignant; cum presente populo lati incesserunt et coturnati, simul exierunt, excalceantur
et ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos divitie honoresque in altiore fastigio ponunt magnus est.
Quare ergo magnus videtur? Cum basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio licet in monte consti-
terit; collosus magnitudinem suam servabit etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis
imponitur, quod neminem estimamus eo quod est, sed adicimus illi et ea quibus adornatus est. Atqui cum voles
veram hominis estimationem inire et scire qualis sit, nudum inspice; ponat patrimonium, ponat
honores et alia fortune mendacia, corpus ipsum exuat; animum intuere qualis quantusque sit, alieno
an suo magnus. Si rectis oculis gladios micantes videt et si scit sua nihil interesse
utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum voca. Si cum illi denuntiata sunt corporis tor-
menta et que casu veniunt et que potentioris iniuria, si vincla et exilia et vanas humanarum
formidines mentium securus audit et dicit: Non ulla laborum, o virgo, nova mi facies
inopinave surgit; omnia precepi atque animo mecum ante peregi. Tu hodie ista denuntias; ego
semper denuntiavi mihi et hominem paravi ad humana. Precogitati mali mollis ictus venit. At stul-
tis et fortune credentibus omnis videtur nova rerum et inopinata facies. Magna autem pars est apud
imperitos mali novitas. Hoc ut scias, ea que putaverant aspera fortius, cum assuevere, pa-
tiuntur. Ideo sapiens assuescit futuris malis, et que alii diu patiendo levia faciunt, hic levia fa-
cit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum dicentium: Nesciebam hoc mihi restare.
Sapiens scit sibi omnia restare; quicquid factum est, dicit: Sciebam. Vale. liber xii Exemplis

Subito nobis hodie et rationibus docet non timendum de morte Epistola a a
12 Alexandrine naves apparuerunt, que premitti solent et nuntiare secuture classis
adventum: quas Tabellarias vocant. Gratus illarum Campanie aspectus est. Omnis
in pilis Puteolorum turba consistit, et ex ipso genere velorum Alexandrinas quamvis in magna
turba navium intelligit. Solis enim licet siparum intendere, quod in alto omnes habent naves. Nulla enim res
eque adiuvat cursum quam summa pars veli; illinc maxime navis urgetur. Itaque quotiens

ventus increbruit maior quam est quod expedit antenna summittitur minus habet virium flatus ex humili. Cum intravere capreas et promontorium ex quo alta procelloso speculatur vertice pallas cetere velo iubentur esse contente. Supparum allexandrinarum insigne indicium est. In hoc omnium discursu properantium ad litus magnam ex pigritia mea sensi voluptatem quod epistolas meorum accepturus non properavi scire quis illic esset rerum mearum status, quid afferrent. Olim iam nec perit quicquam mihi nec acquiritur. Hoc etiam si senex non essem fuerat sentiendum. Nunc vero multo magis quantulumcumque haberem tamen plus iam mihi superesset viatici quam vie, presertim cum eam viam simus ingressi quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit si in media parte aut citra petitum locum steteris. Vita imperfecta non est si honesta est. Ubicumque desinas si bene desinis tota est. Sepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis nam nec maxime sunt que nos tenent. Tullius marcellinus quem optime noveras adolescens quietus et senex cito morbo et non insanabili correptus sed longo et molesto et multa imperante cepit deliberare de morte et convocavit quam plures amicos. Unusquisque aut quia timidus erat id illi suadebat quod sibi suasisset aut quia adulator et blandus id consilium dabat quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster stoicus homo egregius et ut verbis illum quibus laudari dignus est laudem vir fortis et strenuus videtur mihi optime illum hortatus. Sic enim cepit: Noli mi marcelline torqueri tamquam de re magna deliberes. Non est res magna vivere. Omnes servi tui vivunt, omnia animalia. Magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias: cibus, somnus, libido: per hunc circulum curritur. Mori velle non tantum prudens aut fortis sed etiam miser et fastidiosus potest. Non opus erat illi suasore sed adiutore. Servi parere nolebant. Primum detraxit illis metum et indicavit tunc familiam adire periculum cum incertum esset an mors domini voluntaria fuisset. Alioquin tam mali exempli esse occidere dominum quam prohibere. Deinde ipsum marcellinum admonuit non esse inhumanum quemadmodum cena peracta reliquie circumstantibus servis dividuntur sic peracta vita aliquid porrigi hiis qui totius vite ministri fuissent. Erat marcellinus facilis animi et liberalis etiam cum de suo fieret. Minutas itaque summulas distribuit flentibus servis et eos ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine. Triduo abstinuit et in cubiculo poni tabernaculum iussit. Solium deinde illatum est in quo diu iacuit et calida subinde suffusa aqua paulatim defecit ut aiebat non sine quadam voluptate quam afferre solet lenis dissolutio non inexperta nobis quos aliquando liquit animus. In fabellam excessi non ingratam tibi. Exitum enim amici tui cognosces non difficilem nec miserum. Quamvis enim mortem sibi consciverit tamen mollissime excessit et vita elapsus est. Sed ne inutilis quidem hec fabella fuit. Sepe enim etiam exempla necessitas exigit. Sepe debemus mori nec volumus, morimur nec volumus. Nemo tam imperitus est ut nesciat se quandoque moriturum. Tamen cum prope accessit tergiversatur, tremit et plorat. Nonne tibi videtur stultissimus omnium qui flet quod ante mille annos non vixerat? Eque stultus est qui flet quod post mille annos non vivet. Hec paria sunt: non eris nec fuisti; utrumque tempus alienum est. In hoc puncto coniectus es quod ut extendas quousque extendes? Quid fles? Quid optas? Perdis operam. Desine fata deum flecti sperare precando. Rata et fixa sunt et magna atque eterna necessitate ducuntur. Eo ibis quo omnia eunt. Quid tibi novum est? Ad hanc legem natus es. Hoc patri tuo accidit, hoc matri tue, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta et nulla mutabilis ope alligat ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur, quantus comitabitur! Fortior ut opinor esses si tecum multa milia hominum commorerentur. Atqui multa milia hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas animam variis generibus emittunt. Tu autem non putabis te aliquando ad id perventurum ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magnorum virorum me tibi iudicas relaturum? Puerorum referam. Laucon ille memorie traditur impubis adhuc qui captus clamabat non serviam sua illa dorica lingua

et ābis ſidē jmpoſuit · ut p̄mū iuſſꝫ ē ſimuli fugi ꝛ ꝯtūelioſo miſtio aſſie n̄ uas ob
ſcenū iubebatᶻ illiſū paieti caput rupit Tā ꝓpe libtas ē et ſuit aliqͦs Ita nō ſic
pire filiū tuū malles q̄ ꝑ inertiā ſenex fi̇ Qd gͦ ē cur ꝑtbeis ſi mori fortit̄ ꝛ puerile
ē puta te nolle ſeq̄ · duceis · fac tui iuris ē qd alien̄ ē · nō ſumes ſpm pueri · ut dicas
nō ſuiā Infelix ſuis hoib̄ · ſuis uite ſuis reb̄ Nā uita ſi moriēdi uirtꝰ abeſt
ſuitꝰ ē · Ecqd hēs ꝓpt̄ qd expectes uoluptates ipās q̄ te morātᶻ ac retinēt ꝯſūpſiſti
nlla t̄ noua ē nulla nō iā odioſa ipā ſacietate · qs ſit uini qs mulſi ſapor ſcis · nil int̄
ē cētū ꝑ ueſicā tuā ā mille āphore trāſeāt ſaccus ē Qd ſapiet oſtrea qd mullus
optiē noſti Nil t̄ luxuria tua ī futuros ānos ītactū reſuatᶻ Atqꝫ ſt̄ hꝫ a qͥb̄ īuitꝰ di
uelleis Qd ē aliud qd t̄ eripi doleas amicos patriā tāti n̄ illā putas ut tardius
cenes ſolē qͥ ſi poſſes extīgueres Qd n̄ feciſti ūq̄ luce dignū Confitē nō curie te nō
fori nō ipīꝰ reꝝ nāe deſidio tardiorē ad moriēdū fi̇ inuitꝰ relīqs Macellū ī quo
nil reliqͥſti // Mortē tīes ꝛ quō illā media oblectacōe ꝯtēnis · uiuē uis · ſcis eīꝫ ·
Mori tīes qd n̄ porro iſta uita nō mors ē · Ceſar cū ipꝫ trāſeūtē ꝑ latinā uiā unꝰ
ex cuſtodiaꝝ agmīe demiſſa uſqꝫ ī pectꝰ uetē barba rogaēt mortē nͨ n̄ īqͥt
uiuis · Hoc iſtis rñdendū ē qͥb̄ ſuccurſura ē mors · Mori tīes Nͨ n̄ uiuis ·
Et ego īqͥt uiuē uolo q̄ multa honeſtate facio īuitꝰ relīquo officia uite qͥb̄ fidelit̄
et cū īduſtia fungor Qd tu neſcis unū eē ex uite officijs et mori nllū offiū reli
qͥs Cū n̄ c̄tꝰ nūꝰ quē debeas explere fitᶻ nlla uita ē nō breuis Naꝫ ſi ad nāꝫ reꝝ
reſpexeis et̄ neſtoris ꝛ ſatie breuis ē q̄ īſcᵇi monumēto ſuo iuſſit ānis nonaginta
nouem uixiſſe · uidēs aliquē gliari ſenectute lōga Qs illā ferē potuiſſ ſi ꝯti
giſſet cēteſſimū ānū īplē Quō fabula / ſic uita / nō q̄diu ſꝫ q̄ bn̄ acta ſit reffert
Nil ad rē ꝑtinet Quo loco deſinas · quocūqꝫ uoles deſinē tm̄ bonā clauſulāꝫ
jmpone Uale Qꝫ mltū ad bonāꝫ ualitudinē amicoꝝ ꝓnt ꝛ mollis ꝯ̄cita

Vexari te cō ꝓſt et de hꝫ ītomodis īfimitatis et coꝝ remedijs Epl̄a 78
distillacōib̄ crebis ac febriculis q̄ longas diſtillacōnes ꝛ ī ꝯſuetudinē addu
ctas ſequūtᶻ eo moleſtiꝰ m̄ ē q̄ expꝰ ſū hꝫ genꝰ ualitudis qd int̄ initia ꝯtēpſi · Po
tāt adhuc adoleſcētia īiurias ferē ꝛ ſe adūſꝰ morbos ꝯtumacit̄ gerē · deīn ſuccubui
ꝛ eo ꝑductꝰ ſū ut ipē diſtillarē ad ſūmā maciē deductꝰ / ſepe īpetū cepi abru
pende uite · pris me indulgētiſſ ſenectꝰ retinuit Cogitaui n̄ nō q̄ fortit̄ mori
poſſē ſꝫ q̄ ille fortit̄ deſidare nō poſſet Itaqꝫ īpaui m̄ ut uiuēꝫ aliqñ n̄ ꝛ uiuē
fortit̄ facē ē Que m̄ tū̄ fuerūt ſolacia dicā ſi p̄us hͨ dixo hꝫ qͥb̄ aqͥeſcebā medicīe
uīꝫ hūiſſe In remediū cedūt honeſta ſolacia ꝛ qͥcqͥd aīuꝫ erexit ē corpi ꝓdeſt
Studia n̄ nr̄a ī ſaluti fuerūt · phīe acceptū fero q̄ ſurrexi q̄ ꝯualui Illi uitam
debeo ꝛ nil minꝰ debeo Multū m̄ ꝯtulerūt ad bonā ualitudinē amici quoꝝ adhorta
